

Z e
4381

Tædæ
in amores & honores Nuptiales
VIRI REVERENDI, DOCTISSIMI ET
HUMANISSIMI,

Dn. M. Andreae

Suevi, Pastoris in Eöbers

schick dignissimi,

SPONSI

&

X 2123084

Leclissima Pudicissimæq. Virginis

BLANDINÆ,

Viri Reverendi & Doctissimi

Dn. JOHANNIS SCHALLERI

Pastoris in Trebra fidelissimi filia,

SPONSÆ

qui

Die 14. Maij celeb. Lobeda Anno 1622.

accensæ & datæ

benivolæ affectus & honoris ergo

in Salana

à Prof. B. Amicis & Fratre J.


J E N Æ

TYPIS JOHANNIS WEIDNERI,

70



[Schnecke]





Nonse tibi bona bina Deus lar-
gitur eodem

Tempore munificum quis
neget esse Deum?

Nempe ministerium sacri gregis auspice
Christo,

Illecebrasq; novi deliciasq; tori

Sicigitur verbi tenero compellis hibisco,

Quas multo redimit sanguine Pastor
oves,

Immanesq; lupos, & quidquid ubiq; ferarū

Pellis, & à stabulis cogis abire tuis.

Hic ubi Löbrsicij lapsus per rura propin-
quas

Gleissa petit Sala prætereuntis aquas.

Tū BLANDINA simul tibi blandula jungitur
uxor

Et thalamos scandit sed pudibunda tuos

Filia digna suo Patre, digna Virago Marito,

Rubra genas, animum Candida, trita
manus.

A 2

Hic

Hic ubi precipites subter sita Lobda ruinas
Liberiore suos vomere sulcat agros.

Gaudet uterq; Parens parto tibi lætus ho-
nore,

Lætus amore novo gaudet uterq; Parens
Gratulor: utq; Chorū facili pietate secūdent
Fortunentq; torum mollia fata precor.

Wolfgangus Heider M.

S Vavia conjugij spondet BLANDINA marito
Vincula, BLANDINÆ Vir quoque blandus erit:
Vester amor blandus, blandum cor, blanda loquela;
Blandi sint mores, fors quoque blanda cadat.

Blandula conjugij nascantur pignora, vobis
Det suavis Dominus suavia, triste nihil.

boni omni ergo f.

M. Johannes Wedelius Ecclesia Jen. Diar.

Sit BLANDINA Tibi tua blanda, pudica Puella
Sic Sponse Andrea per tua iussa tibi

Gratia concordēs benè muniat undiq; Christi
Sit tbalamus vester non sine prole pia;

Omnia procedant faustissima; copia iactis
Vos pressig; beet, largaq; farrabeent.

M. Urban. Jritsch.

M. An.

409

M. Andreas Suevius
Blandina Schallerina Sponsa

per ἀναγκαῖον. n. in imutato fit:

Illā bona, pulchra, dives sanè: is immensus ad aras.

O Te felicem, te terque quaterque beatum,
Hæc cui cœlesti Numine *Sponsa* datur!
Illā datur, quæ corde *bona* est, quæ *pulchra* nitensque
Quæ *dives sanè*, & nomine blanda datur.
Hinc *Is* lætitiâ, diò pietatis *ad aras*
Immensus donò: Gratulor huicce bono!

ALITER

Magist. Andreas Suevius

&

Blandina Schallerin

per ἀναγκαῖον. ἀίνε & τὸν τὸν μετατῆσθαι:

Age vir invenies mansura: Schidlen das allr best.

Quando animus duro concussus tempore Jenæ
Vox erat hæc tibi; *res optima acerba pati.*
Sit quoque Conjugium faustâ pietate petenti,
Quod felix plenum, quod schola dura DEI.
Vox age sit, *Vir ut invenies, mansura, Magister:*
Schidlen das allr best (Teutona fundo tua.)
Jenæ solus eras, sociam nunc foedere jungis
Blandam quæ potis est blandula ferre malum.
Gratulor, utque *hes Vir præstans sortis amara*
Tollere cùm *Blandâ* comprecor; *hicce vale.*

suo olim contuber. nunc Fra. & amico honorando

M. Georg Perlicb.

Cūr nubis Neonymphæ? Cales juvenilibus annis
Mensq̄ vigore suo non minus ipsa calet.

U 3

U 3

Ut Cervus foliis & amarigraminis herba
 Pastus, aquas dulcis sumere fontis avel.
 Sic equè juvenis juvenilia tempora complens
 Ardet, & has flammæ stringere amoris avel.
 Hoc quoq; SPONSE facis: Qui, cum maturior ætas
 Flos nempè ipse tibi iudiciumq; fiet.
 Cumq; tuam Sophia Musa mentem saturarint
 Imbueriatq; sacro dogmate membra, caput.
 Hoc etiam exoptas addi, & tibi jungier illam
 Corpore quam proprio plus facis atq; colis.
 Hanc perblanda Venus laute commendat bonesto
 Vultu, commendat nomen honorq; Patris.
 Nempè Piam, Blandam, Pulchram castamq; puellam,
 Atq; tibi proorsum conditione parem.
 Viribus ergò tua, Sponse utere mentis & ævi,
 Utere: Namq; vigor mox juvenilis abit.
 Interea faveant vestris pia numina tadis,
 Prole domus scateat, lite careto tborus.

Georgius Bæder Cantor Lobed.

Blanda Venus, blandam tibi jungit Amice puellam,
 Quæ re Blanda tibi, nomine Blanda tibi.
 Blandula BLANDINAM commendat Gratia: Blandus
 Laudat Amor, Blandus prædicat ipse Labor.
 BLANDULA fert blandos oculos, blandosque capillos,
 Auribus est blandis, blandulo & ore: Benè.
 Ergo age nunc blandus blandis amplexibus illam,
 BLANDAM suscipias: fors ita blanda jubet.
 Ludas blandidicus, sit tessera blanda, fritillus
 Blandus, & Alea sit blandula: Victor abis.
 Victor abis, fietque brevi tua tessera victrix,
 BLANDA dabit labiis bella labella tuis.

Aurea

410.

Aurea Pax Thalamum cingat, sint torquē suaves
Anni, quot figat basia *BLANDA* tibi.

*Votivæ ac fraternæ acclamationi ergo
deproperabat & adponebat*

*Johannes Henricus Vulpius Wickerstadii
Thuring: Pbil. & SS. Theol. Studios.*

Omnant conjugium, sacris modò credere fas sit,
Purus amor, mentis candor, & alma fides,
Hæc tria conveniunt Sponso Sponsæq; novellis,
Qui celebrant casti fœdera sacra tori.
Ergo purus amor vigeat, mens conscia rectis
Floreat, & vitam finiat alma fides.

Samuel Erhardi.

Biblia felicem cum terque quaterque salutent
Cui datur in castum, casta puella, thorum.
Quisnam te talem neget esse colende Magister?
Virgo cum detur casta, pudica, Tibi,
Vive igitur felix, voveo sic! cætera fac sis
Convenient rebus nomina, Sponse, suis.

Affini suo plurimum honorando boni omni ergo f.

Gregorius Kühn.

Grator Conjugium faustum, peramabile, castum,
Longævum, validum, mitè, suâve, piùm,
Fœcundum, patiens, opulentum, lenè, jocosum,
Conspicuum, fidum, pacificumq; precor.

Casparus Günther/ Eilenb. SS. Theol. Stud.

Ergo gravestandem vicisti in amore dolores,
Inque tuam venit Sponsa petita fidem?

Sic

Sic est. Hæcce virum faciet te! fortiter in sta
te præbeto virum; sic quoque victor eris.

συσσιτω ol. suo

f.

Christoph. Cellarius Laving. Pal.

Anagramma

Ma. Andreas Suevius Pastor in Leberets & Blandina
reverendi & doctiss. Dn. Joh. Schalleri filia hoc de
cimo quarto die mensis Maij anno hoc Cÿp Df
W v pperl Mo sunt Sponsi.

cc in t mutat. fit

Dona ferens thalami benedic DEus ore paterno
Svev-thalamo, thalamo nomine req, pio:
Sint, DEus, hic Sponsis rivi, sint era, sit omnis
Dulcedo, Didicit plura Vir in precibus.

Aliud anag.

M. Andres Suevius vnd Blandin Schallers hat jetzt Hochzeit.

C in R fit anig.

Es ist heut vnd ist nun nicht mehr.

Als, daß jetzt zu Lobda/ra her!

Burchardus Berlich, Braubrieftisch.

EN Cytherea boni quid fecit candida virgo!
Composuit suavem Blandi sonumque melos
Musica blanda veni, suavis dulcedo venito
Musica suavis eris, Musica dulcis erit
Faula choro, semperque toro det gratia Jovæ
Plurima sint illis pignora, vita, salus.
Pignora, vita, salus mensamq; domumq; frequentent
Ut vigeat suavis Musica vestra, precor.

ἐπιφύλαξ καὶ εὐτυχίας ἐνεκα apponebat

Jacobus Schwabe Sponsi Fr.

E I N I S.

Tædæ
in amores & honores
VIRI REVERENDI, DOCTORIS
HUMANISSIMI

Dn. M. An

Suevi, Pastoris
scti dignissimi
SPONSI

&
Lectissima Pudicissimaq. V

BLANDI

Viri Reverendi & Docti

Dn. JOHANNIS SC

Pastoris in Trebra fidelissim
SPONSÆ

qui

Die 14. Maij celeb. Lobeda

accensæ & datæ

benevoli affectus & honor
in Salana

à Prof. B. Amicis & F

JENÆ

TYPIS JOHANNIS WEI

